CAP. VI. *Demonstrationem non est opus repetere. Delineatio facilima est in schemate Copernicano, si ex ν terra parallelon ipsi β κ erigas, inque ea intervallo*



*β κ centrum eccentrici Solis meteris supra ν, & hoc centro eccentricum Solis Braheanum traducas per κ, & deleas eccentricum terræ Copernicanum.*

EXPOSITA igitur hac hypothesium diversitate earumque in primis inæqualitatibus æquipollentia, in secundis discrepantia, PRIMAM OPERIS PARTEM concludamus, quæ (si quid video) totius operis est difficilima ob labyrinthos opinionum pene inextricabiles & vocum æquivocationes perpetuas aut circumscriptiones tædiosissimas. Quæ autem me necessitas impulerit ut hanc doctrinam præmitterem, jam statim capite VII patebit. Hebetior aliquis totam differre potest, donec quæ sunt faciliora apprehenderit.





# PARS SECVNDA DE PRIMA MARTIS STELLÆ INÆQVALITATE AD IMITATIONEM VETERVM.